

SUSPIRIA VIDUI MÆSTISSIMI.

Siccine deproperas abitum, *Carissima Conjux?*
 Nec te noster amor, nec data dextra tenet?
 Mene fugis? quid ita merui? Me deseris *Uxor?*
 Non *caput* hoc carum, *parvula nostra* tenet?
 Sic te fata meo vetuerunt ducere vitam
 Ulteriùs nutu? Non miserere *Domùs?*
 Sed quid te teneo? *Patriam* pete, *Regna* capesse
Coelica. Ego seqvar, ùt me mea fata vocant.
 Tempus erit, nostris quod nos amplexibus ambos
 Mèqve tuis poterit reddere, tèqve meis.
 Hic amor, hæc patria est: Hæc nos conjunget, & *Istam*,
 Cui, *sobolem*, reliquum me *DEUS* esse jubet.

JOHANNES Schilter/
 U. J. D.